

cupidi, qui scilicet veritatem, hoc est, verum Ie^matum, verum Messiam veramque felicitatem et sautem, serio et cordate querunt eamque inventam omnibus posthabitis amplectuntur. Illi opponuntur: « Iis qui sunt... contentione, » Rom. ii, id est iis qui non nisi contendere, illigare et argutari contundunt, quales erant tum Philosophi. Hinc « esse ex veritate » idem est quod « esse ex Deo : » qui enim est Filius Dei, hic est filius veritatis; Deus enim est veritas, iuxta illud cap. viii, vers. 47: « Qui ex Deo est, verba Dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis : » quia, licet ex Deo sitis per creationem, non tamen estis per electionem, fidem et gratiam. « Grafiā commandavit, que secundum propōsūm vocat, ait S. Augustinus. Qui enim accepit testimonium ejus (Iohannis Baptista de Jesu), signavit quā Deus vorax est, » Joan. iii, 33. Hoe quam verum sit, etiam voces hostium indicant. Scribit enim Josephus, lib. XVIII Antīq., cap. iv: « Eodem tempore fuit Jesus vir sapiens (si tamen eum virum fas est dicere); erat enim mirabilium operum pater et docto^r eorum qui liberter vera suscipiunt, » etc.

Tacite Christū respondet Pilati objectionē: Si tu testimonium perhibes veritati, cur ergo pontifices et Scribe, qui sunt veritatis professores, te non audiunt, imo te persequeuntur ad necem? Respondet Christus: Quia ipsi non sunt ex veritate, sed ex mendacio; sectant enim falsas suas opiniones et cupiditates opum et honorum, quas eis suggerit pater eorum mendax diabolus. Unde Christus ei ait: « Vos ex parte diaboli esis, et desideria patris vestri vultis perficere, » ut me occidat, Joan. viii, 44.

38. Dicit ei Pilatus: QUID EST VERITAS? — Putabat Pilatus Christum esse Philosophum vel Prophetam, qui de veritate, scientia et sapientia more philosophico speculari et loqueretur. Itaque Jesus rogat quis sit illa veritas cui testandas se natum dixerat. Verum, quia hoc parum ad rem quam agebatur Pilatus, facebat, ut sa^z a Jesu, quem videbat esse virum gravem, sapientem et insoncētem, expedire, excoagulat medium appositiū ad eum liberantū, scilicet ut in Paschate de more unum reum liberaturus, Jesus cum Barabba infami latrone conferret, ut Iudei Jesus sum potius quam Barablam liberari peterent. Relicto ergo Jesu in prætorio, foras erupit, ut Iudeis id ipsum proponeret.

^{Gaudi est} Symbolice: quid est veritas? Respondet S. Augustinus in Sententiā, sent. 386: Veritas est ipse Deus, « qui est prima vita et prima essentia, uti est prima sapientia. Nam hec est illa incomparabilis veritas, quae lex omnium artium recte dicitur, et ars omnipotens artificis. » Idem, epist. 9: « Incomparabiliter, ait, pulchrior est veritas Christianorum quam Helena Graecorum. Pro ista enim fortius nostri Martires adversus hanc Sodomam, quam pro illa illi heroes adversus Trojam diu-

caverunt. » Imo Christus ipse primus pro veritate martyr occubuit.

Quid est veritas? Audi Lactantium, lib. De Ira Dei, cap. ii, tres ejus gradus assignantem: *Primus* gradus est, inquit, intelligere falsas religiones et abjicere impios cultus deorum humana manufabricatos. *Secundus* vero, perspicere animo quod unus sit Deus summus, cujus potestas ac providentia efficerit a principio mundum et gubernet in posterum. *Tertius*, cognoscere ministerium ejus ac munum, quem legavit in terram; quo docente, liberabit ab errore quo implicat tenetabimur, formaticus ad veri Dei cultum, justitiam disseremus.

Quid est veritas? « Ego sum via, veritas et vita, » ait Christus, Joan. xiv.

Quid est veritas? « Est præstantissimum bonum, » ait S. Basilius apud Antonium, in *Melissa*, cap. xxi. « Quid est veritas? Est Deus, ait S. Dionysius, utpote unum non multa secundum naturam. Verum quippe unum est, mendacium autem multiplex. »

Quid est veritas? « Est facultas res obumbras ^{quintæ} in lucem producens, » ait Philo, *videlicet*.

Quid est veritas? « omnium rerum fortissima ^{sexta}. est veritas, » ait Nazarenus, orat. 43.

Quid est veritas? « Est firma comprehensio ^{septimæ} entis in animo, » ait S. Chrysostomus, *videlicet*. Hinc illud Zorobabelis: « Fortis rex, forte vinum, forte mulieres, sed fortitudine, et regnum, et potestas, et majestas omnium sevorum. Beneficium Dei veritatis. » Quocirca Alphonse, rex Aragonie: « Veritas, ait, omnibus quidam immata esse debet; principum tamē precepsum debet esse ornamentum, adeo ut ad fidem faciendam tantum habeat unum principis verbum, quantum privalorum iuris iurandum. » Ita Panormitanus, lib. I De Gestis Alphonsi. Hinc ponitfer Aeronicus in Rationali scriptum gerebat: « Urim vetumim, » id est doctrina et veritas, Exod. xxviii.

Idem per umbras vident Gentiles apud Stobaeum, serm. 41. Unde Menander: Quid est veritas? « Veritas, ait, colli civis est, et sola fruitor convictu^m deorum. »

Plato suuissimam narrationem veritatem esse dicebat. Jamblicus: « Veritas, ait, ut Graecum ejus elymon indicat, circa deos et incorruptam deorum actionem versatur. » Aschines: « Adeo validia est veritas, ut omnes humanas cogitationes superaret. » Plato rursus, lib. V De Legibus: « Veritas, ait, tam diis quam hominibus ad omnia bona dux est. Hujus quilibet, qui felix et beatus futurus est, ab eo particeps sit oportet, ut quam plurimum temporis verax in vita degat. » Trismegistus: « Veritas in solis æternis corporibus

est, quorum et ipsam corpora vere sunt. Universa igitur super terram non veritas sunt, sed veritatis imitationes et umbrae. Veritas absolutissima virtus est ipsumque summum bonum, quod nec a materia turbatur, neque corpore circumdatur, nudum, conspicuum, augustum, mutatioⁿis et alterationis expers bonum. »

Plutarchus apud Antonium, in *Melissa*, cap. xxi:

« Equalitas trutina, inquit, veritas autem rationis philosophiae examinatur. Ibidem Evagrius: « Veritatem facere, art, et avarum sepelire. » Et Democritus: « Pietas, ait, palam declaranda et veritas constanter defendenda est. » Et Epictetus: « Nulli veritate pretiosis haberi debet, ne amicitia quidem, utpote obnoxia affectibus, qui quod

justum est, turbant et obumbrant. » Unde illud: « Amicus Plato, magis amica veritas. » Idem: « Immortalis, ait, et eterna res est veritas. Non donat autem nobis pulchritudinem pauperrimam, neque discendi fiduciam et justitiam praudentem auferit; sed quae puxta et legitima sunt exhibet, discernens ab eis injusta et redarguens. » Demosthenes rogatus: « Quid Deo simile habentem homines? » respondit: « Benigne facere et veritatem anare. » Ita Valerius Maximus, serm. 8. Pythagoras dicebat « haec duo divinitus data hominibus esse longe pulcherrima, veritatem complecti et beneficis operam dare; utrumque enim immortalium deorum operibus comparari posse. » Ita Ælianu^s, lib. XII *De Var. Histor.*

CAPUT DECIMUM NONUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Narrat, vers. 1, Christi flagellationem, coronationem, purpuras, alapas, ostensionem populo sic clamanti Crucifige eum, quia Filiu^m Dei se fecit, et vers. 12: Si hunc dimittis, non es amicus Caesaris: qua ^{te} eos victimas Pilatus tradidit Iudeas Jesum. Ille ergo crucifigerunt eum in Golgotha, hoc titulus: Jesus NAZARENUS REX JUDEORVM; nos milites vestes ejus divisierunt. Inde, vers. 29, Jesus matri sue Iohannem in flum assignat; vers. 28, clamat: Sitio; vers. 30: Consummatum est; et expirat; vers. 34, lances latus ejus aperitur indeque exiit sanguis et aqua. Denique, vers. 38, Joseph et Nicodemus Jesum ungunt, et in monumento novo sepelunt.

1. Tunc ergo apprehendit Pilatus Jesum, et flagellavit. 2. Et milites plectentes coronam de spinis, imposuerunt capiti ejus; et ueste purpurea circumdederunt eum. 3. Et veniebant ad eum, et dicebant: Ave, rex Judeorū; et dabat ei alapas. 4. Exiit ergo iterum Pilatus foras, et dicit ei: Ecce adduco vobis eum foras, ut cognoscatis quia nullam invenio in eo causam. 5. (Exiit ergo Jesus portans coronam spineam, et purpureum vestimentum). Et dicit ei: Ecce homo. 6. Cum ergo vidisset eum pontifices et ministri, clamabant, dicentes: Crucifige, crucifige eum. Dicit ei Pilatus: Accipite eum vos, et crucifige; ego enim non invenio in eo causam. 7. Responderunt ei Iudei: Nos legem habemus, et secundum legem debet mori, quia Filiu^m Dei se fecit. 8. Cum ergo audisset Pilatus hunc sermonem, magis timuit. 9. Et ingressus est prætorium iterum, et dixit ad Jesum: Unde es tu? Jesus autem responsum non dedit ei. 10. Dicit ergo ei Pilatus: Mihi non loqueris? nescis quia potestatem habeo crucifigere te, et potestatem habeo dimittere te? 11. Respondit Jesus: Non haberes potestatem adversum me ullam, nisi tibi daūm esset desuper. Propterea qui me tradidit tibi, majus peccatum habet. 12. Et exinde quereret Pilatus dimittere eum. Iudei autem clamabant, dicentes: Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris. Omnis enim qui se regem facit, contradicit Cæsari. 13. Pilatus autem eum audisset hos sermones, adduxit foras Jesum; et sedit pro tribunali, in loco qui dicitur Lithostrotos, Hebreice autem Gabbatha. 14. Erat autem Parasceve Pasche, hora quasi sexta, et dicit Iudeis: Ecce rex vester. 15. Illi autem clamabant: Tolle, tolle, crucifige eum. Dicit ei Pilatus: Regem vestrum crucifigam? Responderunt pontifices: Non habemus regem, nisi Cæsarem. 16. Tunc ergo tradidit eis illum ut crucifigeretur. Suscepserunt autem Jesum, et eduxerunt. 17. Et bajulans sibi crucem, exiit in eum, qui dicitur Calvaria locum, Hebreice

autem Golgotha : 18. ubi crucifixerunt eum, et cum eo alios duos, hinc et hinc, medium autem Jesum. 19. Scripsit autem et titulum Pilatus, et posuit super crucem. Erat autem scriptum : Jesus Nazarenus, Rex Iudeorum. 20. Hunc ergo titulum multi Iudeorum legerunt; quia prope civitatem erat locus, ubi crucifixus est Jesus. Et erat scriptum Hebreæ, Graece et Latine. 21. Dicebant ergo Pilato pontifices Iudeorum : Noli scribere, Rex Iudeorum; sed quin ipse dixit : Rex sum Iudeorum. 22. Respondit Pilatus : Quod scripsi, scripsi. 23. Milites ergo cum crucifixissent eum, accepérunt vestimenta ejus (et fecerunt quatuor partes : uniuersique militi partem) et tunicam. Erat autem tunica inconsultus, de super contexta per totum. 24. Dixerunt ergo ad invicem : Non scindamus eam, sed sortiamur de illa cuius sit. Ut Scriptura impletetur, dicens : Partiti sunt vestimenta mea sibi, et in vestem meam miserunt sortem. Et milites quidem hac fecerunt. 25. Stabat autem iuxta crucem Iesu mater ejus, et soror matris ejus Maria Cleophae, et Maria Magdalene. 26. Cum vidisset ergo Jesus matrem, et discipulum stantem, quem diligebat, dicit matri sue : Mulier, ecce filius tuus. 27. Deinde dicit discipulo : Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua. 28. Postea sciens Jesus quia omnia consummata sunt, ut consummaretur Scriptura, dixit : Sitio. 29. Vas ergo erat positum acetum plenum. Illi autem spengionam plenam acetum, hyssopum circumponentes, obtulerunt ori ejus. 30. Cum ergo accipisset Jesus acetum, dixit : Consummatum est. Et inclinato capite tradidit spiritum. 31. Ju-
daci erg (quoniam Paraseve erat), ut non remanerent in cruce corpora sabbato (erat enim magnus dies illa sabbati), rogarerunt Pilatum ut frangerentur corum crura et tollerentur. 32. Venerunt ergo milites, et primi quidem frergerunt crura, et alterius qui crucifixus est cum eo. 33. Ad Iesum autem venient, ut viderunt eum iam mortuum, non fregerunt ejus crura; 34. sed unus militum lancea latus ejus aperuit, et continuo exiit sanguis et aqua. 35. Et qui vidit, testimonium perhibuit; et verum est testimonium ejus. Et ille scit quia vera dicit, ut et vos credatis. 36. Facta sunt enim haec, ut Scriptura impletetur : Os non comminuetis ex eo. 37. Et iterum alia Scriptura dicit : Videbunt in quem transfixerunt. 38. Post haec autem rogavit Pilatum Joseph ab Arimathea (eo quod esset discipulus Iesu, occulitus autem propter mortem Iudeorum), ut tolleret corpus Iesu. Et permisit Pilatus. Venit ergo, et tulit corpus Iesu. 39. Venit autem et Nicodemus, qui venerat ad Iesum nocte primum, ferens mixturam myrræ et aloës, quasi libras centum. 40. Accepérunt ergo corpus Iesu, et ligaverunt illud linteis cum aromatis, sicut mos est Iudeis sepelire. 41. Erat autem in loco ubi crucifixus est, hortus; et in horto monumentum novum, in quo nondum quisquam positus erat. 42. Ibi ergo propterea Paraseven Iudeorum, quia juxta erat monumentum, posuerunt Iesum.

1. TUNC ERGO APPREHENDIT PILATUS JESUM, ET FLAGELLAVIT. — « Tunc, » postquam scilicet dixisset Iudeis, ut forum Iurepoli in Iesum restinguere: « Cerrimopum illum, et dimittam, » uti supplet Lucas, cap. xxiii, vers. 22, « flagellavit. » Incole terra sancte tradunt Iesum flagellatum fuisse primo, funibus crassioribus; secundo, funiculis nodosis, additis ferreis scorpiophilis; tertio, catenis; quarto, virgis spinis; sed respondet Ribera traditiones incolarum terra sancte parum fidei habere, quoniam non manserunt in ea Christiani a tempore passionis usque ad nos, ut ita ab antiquis per manus venire tradidit: sed omnes sunt advenie, et sepe locum mutant, idque veterum traditiones non retinent.

2. ET VESTE PURPUREA (SYRUS, COCCINEA) CIRCUNDE-

DERUNT EUM. — Vide dicta Matth. xxvii, 30, quibus addit S. Athanasium, qui, ut *De Crucif. Passione*, asserit Christum in chânu vide cocinea portasse hominum sanguinem, qui homicidii diabolus terram polluerat; in spinis, peccata; in calamo, chirographum quo nos diabolus tangunt suos scriperat: que omnia Christus abstulit passionem. « Præterea, inquit, arundinem accepto Dominus, diabolo ignorante se dare illi gladium contra seipsum: dicitur enim arundo serpentibus lethali esse, atque inde polissimum interfici; ita Christus cepit arundinem, ut nos liberaret a veritate serpentis. »

7. DERET MORI QUIA FILIUM DEI SE FECIT, — quasi blasphemus, sacrilegus, imo *divitius*. Audi S. Augustinus : « Ecce altera major inuidia; parva

illa videbatur affectasse regnum; et tamen neutrum sibi Jesu mendaciter usurparit: est enim Dei unigenitus, et rex a Deo constitutus super montem Sion, et utrumque demonstraret nunc, nisi quanto erat potenter, tanto mallet esse patientior. »

11. NON HABERES POTESTATEN ADVERSUM ME UL-
LAM, NISI TIBI DATUM ESSET DESUPER. PROPTERA
QUI MI TRADIDIT TIBI, IAUUS PECCATOR HABET. —
Difficilis est hic connexione quam exigit à prop-
terea; sed omisso variis variis explicationalibus, plana est Iansenii, Cajetani et Riberæ expo-
sitione, q. d. Tu non habes in me ullam potestatem, et quia ego innocens sum, et quia possem me eripere si vellem; sed Pater meus vult ut me tibi tradam atque subhiciam, ut perficiatur opus humanae redempcionis, atque ad hoc permisit, ut tu Iudeorum accusationi et voluntati acquiescas, et in me exercetas tuam potestatem, quam minime exerceres, nisi isti me accusasset: prop-
terea isti qui te obtundent et urgent ut potesta-
tem istam permissem exercetas, magis peccant quam tu.

12. ET EXINDE QUEREBAT PILATES DIMITTERE EUM. —
Iam ante idipsum quiescerat, sed nunc, maxime,
postquam audivit ipsum esse Filium Dei, ac pec-
catum sibi obiectum, timuit non Dei vindictam
incurreret, si Filium ejus damnaret. Sed vice
timor Cesarii timorem Dei, ut sequitur. Suspic-
batur Pilatus Iesum esse Jovis, Herculis, Apolloni,
vel alterius filium: Gentiles enim multos
deorum filios numerabant eosque quasi semi-
deos colebant. Ita Cyrillus.

13. IN LOCO QUI DICITUR (GRCÆ) LITHOSTROTO
(id est lapide stratus), IHEROAE AUTEM GABBATHA, —
id est *altus*; ΜΕΓΑ γαντινον significat,
quia erat in loco sublimi, ut solent esse tribunalia,
ut iudex a circumsita multitudine videri et
audiri possit. Dicit hoc Joannes, ut notet Iesum
publicam et atrocem hanc damnationem, pro clausis
sententiam et ignominiam, pro publicis nostri
peccatis ultra suscipisse. Ad Gabbatha nullus
gradibus marimarē ascendebatur, qui Romanos
translati, iuxta basilicam Lateranensem magna
fidelium religione frequentantur, et scalae sancte
nomen oblinerunt.

14. ERAT AUTEM PARASEVE PASCHE, — hoc est
abbatis paschalis: hoc enim quin incidebat intra
octavam Pasche, ceteri sabbatis erat solemnis,
ideoque dicebatur *magnus*, ut patet, vers. 31.
Sensus ergo est, q. d. Erat feria sexta sive dies Ves-
teris, in qua fiebat *pascha*, id est preparatio
eborum et rerum necessarium ad sequen-
tem diem sabbati: illo enim, utpote sanctis-
imo, nec cibos coquere, nec quid aliud facere
licebat. Unde solum sabbatum previam suam
habebat paraseven, qua cetera festa carebant.
Quare perperam Greci Paraseven Pasche inter-
pretantur pridie Pasche, quo agnum immola-
bant. Nam ex Matthæo, Marco et Luca constat

Christum crucifixum esse primo die azymorum, hoc est postridie Pasche, quo agnum immola-
verant: ergo Joannes primum diem azymorum
vocat hic Paraseven Pasche, id est pridie sali-
bati paschalis.

HORA QUASI SEXTA. — Arabicus, et erant sex horæ,
scilicet ab ortu solis. Dices: Marcus, xv, 23, sit:
« Erat autem hora tercia, et crucifixerunt eum. » Varii varie respondent: Primo, aliqui apud Theophylactum censem ex Marco corrigendum esse Joannem scribendumque hic, « hora quasi tercia. » Verum obstant omnes codices Graeci, Latini, Syri, Arabici, qui in Joanne habent, « hora quasi sexta (4). »

Secondo, S. Hieronymus, in *Psalm. lxxvii*, ex adverso ex Joanne vult corrigit Marcum, ut in co-
legatur: « Erat autem hora sexta. » Errorem au-
tem contigisse censem ex affinitate nolarum ter-
narii et senarii, quorum una pro alia interserit.
Grecis enim γ ει est nota ternarii, ε vero senarii.
Verum omnia exemplaria in Marco habeant:
Erat autem hora tercia; nullum vero habet sexta.

Tertio, Euthymius, in *Marc. xv*, consel a Marco
dici Christum crucifixum « hora tercia, » quia illa
hora postularunt Judei eum crucifigi, clama-
ndo: « Crucifige, crucifige eum; » sed aliud
est postulare ad crucem, aliud crucifigere.

Quarto, S. Augustinus, tract. 417, et in *Ps. lxiii*,
et lib. III *De Consensu Evang.*, cap. xii, respondet
fuisse horas terciam, quando Pilatus Iesum
damnavit ad crucem, sed hanc a Joanne vocari
sextam, facta computa a principio quo eripit
Jesus preparari (hoe enim significat Paraseve) ad mortem, quod fuit hora non præcedens noctis;
quis, quando Caipha proclamatus est reus mortis:
nam ab hac nona noctis hora usque ad ho-
ram terciam diei sex intercedunt horæ, qua Christus,
qui vere est pascha, id est agnus paschæ,
in cruce immolatus est. Verum hoc violentum
esse agnoscat ipse S. Augustinus. Unde ipsa

Quinto, respondet, Iesum crucifixum esse li-
gatus Iudeorum hora tercia, quia ipsi clamau-
runt: Crucifige, crucifige eum; lingua vero et ten-
tatione Pilati, hora sexta: sed hoc jam rejeci in
Euthymio.

Sexto ergo, communiter respondent interpretes
Christum crucifixum hora tercia, ut ait Marcus, sed
finiente, nec hoc inchoat à hora sexta, ut ait
Joannes. Nam hora Romanorum et Iudeorum
ternas nostras complectebantur; dividebant enim
diem, eaque ac noctem in quatuor vigilias sive
excubias militares, quas horas nuncupabantque
quilibet ex eis continebat tres horas noctates.

(1) Quoniam hodie codices fere omnes, pauci ex-
ceptis, cum versionibus habent *tertia*, *sexta*, Chronicon
tamen paschale Alexandrinum, provocans ad accurata
exemplaria, immo ad Joannis *pascha*, ad suum usque
etatem in Ephesina ecclesia custoditum, legit *tertia*.

Septimo, probabiliter Ribera censet Christum duci crucifixum hora tertia, quia illa hora Pilatus clamantibus Judeis : «Crucifige», publice assensus est, ut vitarer populi tumultum; unde iussit eum flagellari, quasi parans eum ad crucem (occidenti enim rei prius flagellari solebant), spectans tamen atrocitate flagellationis molliendos furore Iudeorum animos: at cum vidit eos in clamore contra Jesum perseverantes, hora sexta pro tribunali sedens, iudicariam et irrevocabilem in eum sententiam crucifixions protulit. Favet Lucas, xxiiij, ubi ait Pilatus: «Nullam causam moris inventio in eo, corripiam ergo illum et dimittam. At illi instabant vocibus magnis postulantes ut crucifigeretur, et invalescebat voces eorum; et Pilatus adjudicavit fieri petitionem illorum. Dimisit autem illis eum qui proper homicidium et seditionem missus fuerat in carcere.» Paef etiam ex Matth. xxvii, ubi cum Pilatus vidisset Iudeos patere Barabbam, et non Christum, «accepta aqua, lavit manus eorum populo dicens: Innocens ego sum, etc., vos videbitis, et respondens universus populus, dixit: Sanguis eius super nos: » ergo antequam solvaret Barabbas, decretum Christum crucifigere. Confirmatur ex B. Clemente, lib. V *Consist. Apost.*, cap. xvi, aut juxta recentiorum translationem, cap. xvii, ubi ita ait: «Ligno crucis hora quidem sexta affixerunt, hora vero tercia sententiam contra eum pronuntiatae accepertur.» Et lib. VIII, cap. xl, aut juxta novam translationem, cap. xxxiv, ait: «Tertia (scilicet hora), quod ea hora Pilatus iudicium adversus Omnimurum pronuntiavit; sexta, quod ea hora in iucem actus est; nona, quod tunc omnia mola et tremefacta sunt Domino crucifixo.» Denique S. Ignatius, epist. 3 ad Trallianos, sic ait: «Die ergo Paraseves, hora tercia accepit sententiam a Pilato permitente Patre; sexta vero crucifixus est; nona autem emitit spiritum.» Ergo hora tercia Pilatus tuli sententiam, id est consensu populo ut crucifigeretur; sed sexta hora formaliter et irrevocabiliter crucis sententiam in eum dictavit. Unde et Telephorus Papa in sua epist.: «Reliquis, ait, temporibus Missarum celebrazione ante horam diei tertiam minime sunt celebrandae, quia et eadem hora Dominus crucifixus, id est crucifigi jussus, vel potius permisus fuit a Pilato. Quocirca cum ait Marcus: «Et erat hora tercia, et crucifixerunt eum; » et crucifixionem actum inchoat, significat, non perfectum, q. d. Hora tercia cooperant Judae agere de crucifixione Christi, clamantes: «Crucifige, crucifige eum; » ac Pilatus eis consensit, ideoque jussit eum flagellari, quasi parans eum ad crucem et necem; sed sub fine horae tercie, incipiente jam hora sexta, Pilatus Iesum juridice damnavit, et statim eum crucifixerunt. Marcus ergo originem et initium crucifixionis per horam tertiam indicavit; Joannes vero ejus executionem et complemenum per horam sextam assignavit.

43. NON HABEMUS REGEM, NISI CESAREM. — «Agnum rejecerunt, ait Cassiodorus hic, vulpem elegerunt, » scilicet Herodem a Romanis et Cesare sibi regem creatum. De Herode enim ait Christus «Dicit vulpi illi, » Lucas xiiii, 32.

47. ET RAJULANS SIDI CRUCEM, — ex lege et mors Romanorum. Audi S. Augustinum, tract. 417: «Grande spectaculum; sed si spectet impietas, grande Iudicium; si pietas, grande mysterium: si spectet impietas, grande ignominia documentum; si pietas, grande fidei monumentum: si spectet impietas, ridet regem, pro virga regni lignum sui portare supplicet; si pietas, videt regem bajulante lignum ad sensum flagendum, quod fixus etiam erat in frontibus regum, in eo spendoris oculis impiorum, in quo erant gloriaratura corda Sanctorum.» Et afferat illud Gal. vi, 1: «Mihil autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi.»

23. ERAT AUTEN TUNICA INCONSUTILIS, DESUPER (ex τὸν ζεύδων, id est ex summis, id est ex summo usque ad imum) CONTEXTA PER TOTUM. — q. d. Tola a cervice ad talos erat continua serie contexta, sine ulla sutura vel scissura, sicut solent interulas et caligas in Belgio a summo ad imum integras, gemina acu, filis opere reticulatis interplexae. Unde Arabicus et Syrus vertunt, erat autem tunica aliquae sutura desper, sed contexta tota. Origenes interpres, tract. 35 in Matth., *Sursus textilis per totum*. Sic de Nonnus. Tradunt, aut Euthymius, eam a Virgine fuisse contextam. De eadem plura dixi Matth. xxvii, 33.

Allegorice: Tunica inconsutilis Christi est Ecclesia, quam scindere non licet, et si scindas, schismatis facies.

Tropologicus S. Bernardus, serm. 1 *De Annunt.*: «Tunicam inconsutilem, ait, ego divinam arbitror esse imaginem; que nimur non assuta, sed insita atque impressa naturae, dividit scindere non potest.»

25. STABANT AUTEM JUXTA CRUCEM IESUS MATER EJUS, ET SOROR (consobrina) MATRIS EJUS, MARIA CLEOPHIS (scilicet uxor, ac mater sanctorum Iudee et Jacobi Minoris apostolorum), ET MARIA MAGDALENE, — que longe magis in amorem Iesu exarsit, dum vidit eum sanguine abluere peccata sua, que ipsa nuper lacrymas abluerat. Voluit hoc Christus, tum ut magis patueret matris dolentis aspectu, tum ut ipsa sibi compatiendo perfectum patientiae et charitatis nobis daret exemplum. Ecce hie impletur illud. «Et tuum ipsum animam pertransibit gladius, » *Luc. ii*, scilicet ut ait Damascenus, lib. IV, cap. xv: «Dolores partus, quos effugit pariens, illos tempore passionis suscitavit ex materna compassione vicinacarum reparturiens.» Numirum quo sanctior quis est ei Christo vicinior, eo major calix passionis illi a Christo propinquior. Euthymius asserit B. Virginem propinquias cruci astitisse, viscerum inflammatione Iudeorum timorem vincentem.

Stabat ergo corpore erecta et excelsa, animo exultans, spectans et admirans magnum hoc pletatis sacramentum, scilicet Deum in cruce. Hinc Sophronius apud S. Hieronymum, serm. *De Assumptione*, B. Virginem vocat marie rem, immo plusquam martyrem: «Quia, inquit, aente passa est, plusquam martyr fuit. Nimis et eis dilectio amplius fortis, quam mors fuit; quia mortem Christi suum fecit.» Sic et S. Ildephonsus, serm. 2 *De Assumptione*: «Plusquam martyris fuit, quia in animo non minus amoris quam et reroris fuit: est intus gladio vulnerata, parata et in steti, si non decesset manus percussor. B. I. Dei genitrix jure plusquam martyris mater est, que nimio amore vulnerata testis extitit salvatoris, et pro more re morte testis.»

Hec Ildephonse.

Quantus tunc furuit dolor Virginis, ex ejus relatione descripsit S. Brigitta, lib. I *Revelat.*, cap. x, xxvii, xxxv, et lib. IV, cap. xxiii et LXX, ubi inter cetera ait: «Dolor filii erat dolor meus, quia cor ejus erat cor meum.»

Denique Adrichomius, in *Descript. Jerusalem*, ex Saligenaco, Bredenbachio et aliis, singula loca passionis Christi graphicè depingens et clementes, assertit B. Virginem cum Joanne, Magdalena ceterisque mulieribus, firmam mentis fideique constantia stetisse, quindecim ulnis, que nunc octodecim gradibus metiuntur, distantiam a cruce Christi, atque hunc locum adhuc pia veneratione a fidelibus decorari.

Queres, quid de spasio Beatae Virginis secundum spacio. An spacio. — Respondeo: Beatae Virginis spacio. — B. VII.

Quidquid, ait, crudelitas infictum est et populus Martyrum, leve fuit, aut potius nihil comparatione tua passionis, que nimur sua immensitate transfixi coram penetralia tua tuique benignissimi cordis intima; et tunc, pia Domina, non crediderim te potuisse ullo pauci stimulos tanti crucialis, quin vultu amittere, sustinere, nisi ipsa spiritus vite, spiritus consolationis, spiritus scilicet dulcissimi Filii tui, pro quo morente torquebaris, te intus doceret non esse mortem cum absumentem, sed magis triumphum omnium ei subjiciuentem, quod in ipso fieri coram mortuando videbas.» S. Bernardus, in *Lament. B. Mariae*: «Nec lingua, aut, poterit loqui, nec mens cogilare valebit, quanto dolore affectibant pia viscera Marie. Nuno solvis, Virgo, cum usura, quod non habuit a natura. Dolorem pariendo Filium non sensisti, quem nullies replicatum Filio morente passa fuisti.»

S. Mechtildis, lib. I *Revel.*, cap. lvi, narrat se vidisse Seraphimum quemdam salutasse Virginem «ob amorem quo Deum, » inquit, pro omni creatura in terris dilexit, qui amor in passione unigeniti sui in ea tantum prevaluit, ut omnem humanum affectum penitus devineret et extingueret; quia omni creatura in morte Filii Dei dolente, ipsa sola cum divinitate immobilis, et gaudens Filium suum pro mundi salute voluit immolari.»

Joannes Gerson, scribens in *Magnificat*, asserit B. Virginem stantem juxta crucem habuisse altissimum actum obedientie, offerendo filium Patri, et conformando se in acerbissima filii morte cum divina voluntate; neque enim minori fortitudine præsidia fuit, quam mater illa septem Machabearum, de qua il Macab. vii, sic scribitur: «Supra modum autem mater mirabilis et honorum memoria digna, que parentes septem filios sub eius diei tempore conspicentes bono animo ferent, proper spem quam in Deo habebat, singulos illorum horribiliter voco patria, fortiter repeta sapientia, et feminea cogitationi masculini

negat Maldonatus hic, qui asserit contraria dicere esse errori affine, Cajetanus, Jansinus, Toletus, Christopherus a Castro, *De Depara*, cap. xvi; Medina, III part., *Quest. XXVI*; Molanus, lib. IV, cap. viii, *De Imagin.*; Suarez, III part., *Quest. XXVI*, disp. iv, sect. 3. Probat id tum ex ratione conformitatis voluntatis ejus cum divina, per quam volebat filium suum pro humani generis redemptione mori; tum ratione constantiae et fortitudinis animi, qua ipsa prædicta erat; tum etiam ratione decetie cuiusdam, quam decul Virginem servare; non enim, inquit Cajetanus, Suarez et Toletus, conveniebat matrem Del corporales quosdam defectus habere, aut aliquod dissonum et indecorum in ratione esse: gratius enim erat

quod compateretur secundum rationem, quam secundum partem sensilivam.

Hec sententia varior et B. Virgine dignior videtur: si quis tamen priorem sententiam sequitur, dicit cum Saluatorne, lib. X, tract. 41, Beata Virginem principio erecta crucis ex doloris vehementia in terram corrulisse, postea vero, resumpto animo, semper stetisse, ut ait hic Joannes. Rursum dicat spasmum hunc non illam a se alienasse, ut ratiōnē esset impōs: hoc enim fuisse indecens; sed tantum mēlētū a sensibus abstraxisse, ut virtutē defectu in terram laberetur; idque factū ipsa non invitā, sed permittente, ut suum erga Christum eximium amorem, indequē dolorem hominib testaretur. Simili enim modo Christus in hōsto assump̄t passionē pavoris, tediī et angoris, ut sudaret, tum Joannis alacritas et charitas promittit et spondet. Docet ergo hic Christus filios parentum curam genere debere usque ad extreūmū spiritū, ait Theophylactus ex Chrysostomo. Ait S. Augustinus: « Moralis hī insinuator locū: exemplū suo suos instruxit parentibus: tu quām līgūm illud, ubi erant fixi membra morientis, etiam cathedra fūrit magistrī docēt. » Nam, ut ait Cyrilus: « Oportebat ab ipso et per ipsum primum nos discore, ne quando intolerabiles imminent eternum, negligendos esse parentes. » Admirare autem eum Theophylacto, « quomodo in cruce omnia absque turbatione facit, matris curam agens, prophetias implens, latroni paradisum aperiens: ante crucem autem laborans, sudans, anxius. » Nam, ut Euthymius ait, « ibi nature infirmatas, hī autem patientias vehementia apparēt. » Com. Curjānes B. Virginis commen datar. Spectabat pīs oculis filii vulnera, quem sciebat omnibus futuram redemptiōnē: stabat non degeneriā mater specula, quem non metueret pīremptō: pendebat in crucē filius, mater se persecutoribus offerebat; non ignora mysteriū fuit quod genuisset resurrectūrū. » El. S. Anselmus hic: « Stabat Maria in fide Jesu constansima et patientissima: nam discipulis fugientibus cunctis viris recedentibus, in gloriam totius feminē sexus, inter tot pressus filii sūi constanter ipsa sola stabat in fide Iesu firma, et pulchre stabat, ut deceptiōnē virginalem: non se lanibat in tanta amaritudine, non maledecebat, non murmurabat, nec vindictam hostiū a deo petebat; sed stabat disciplinata, reverenda Virgo, patientissima, lacrymis plena, doloribus immersa. »

Ino B. Virgo spectans in cruce pia Christi vulnera, adeo confortata est, ut elijam ipsa pro salute mundi mori esset parata, sūi S. Ambrosius in cap. xxii Luce: non enim fīcē, robore et ardore charitatis erat inferior Abrahamo, qui propria manu unicus sum filium Isaiae, Deo iubente, immaculē voluit, Genes. xxii. Accedebat certa fides et spes resurrectionis, quae valde dolorem leniebat et arcam Virginis corroborabat. Certo enim credebat Christum, ut predixerat, tertia die gloriose resurrectūrū:

CDE VIDISSIT ERGO JESUS MATER ET DISCIPULUM STANTE, QUEN DILIGEBAT, DIXIT MATRI SUA: MULIER, ECCE FILIUS TUUS. — Verberat Christus matris cor telo tum amoris, tum doloris, q.d. En, mater, in cruce morior, ut vides; deinceps tibi

adēsse, —, providere et opitulari corporaliter non poterū, ut haec tu feci. En loco mei Comptib in filium assigno Joannem; nūiūrum pro Deo hominē, pro magistro discipulū, pro filio naturali adoptivū, ut hic quasi virgo, tu quām Virginis Deiparē amanissimus, omne solatūm, omne obsequiūm prestet, quod tum tu digna- s. Joanni

tas a senescēta etas meritor, tum Joannis alacritas et charitas promittit et spondet.

Docet ergo hic Christus filios parentum curam genere debere usque ad extreūmū spiritū, ait Theophylactus ex Chrysostomo. Ait S. Augustinus: « Moralis hī insinuator locū: exemplū suo suos instruxit parentibus: tu quām līgūm illud, ubi erant fixi membra morientis, etiam cathedra fūrit magistrī docēt. » Nam, ut ait Cyrilus: « Oportebat ab ipso et per ipsum primum nos discore, ne quando intolerabiles imminent eternum, negligendos esse parentes. » Admirare autem eum Theophylacto, « quomodo in cruce omnia absque turbatione facit, matris curam agens, prophetias implens, latroni paradisum aperiens: ante crucem autem laborans, sudans, anxius. »

Nam, ut Euthymius ait, « ibi nature infirmatas, hī autem patientias vehementia apparēt. » Com. Curjānes B. Virginis commen datar. Spectabat pīs oculis filii vulnera, quem sciebat omnibus futuram redemptiōnē: stabat non degeneriā mater specula, quem non metueret pīremptō: pendebat in crucē filius, mater se persecutoribus offerebat; non ignora mysteriū fuit quod genuisset resurrectūrū. » El. S. Anselmus hic: « Stabat Maria in fide Jesu constansima et patientissima: nam discipulis fugientibus cunctis viris recedentibus, in gloriam totius feminē sexus, inter tot pressus filii sūi constanter ipsa sola stabat in fide Iesu firma, et pulchre stabat, ut deceptiōnē virginalem: non se lanibat in tanta amaritudine, non maledecebat, non murmurabat, nec vindictam hostiū a deo petebat; sed stabat disciplinata, reverenda Virgo, patientissima, lacrymis plena, doloribus immersa. »

Secunda, ut virginem virginē commendaret; nam « pīa puro commissa est », ait Theophylactus. Quare Nonni paraphrasēt: « Dixit: Mulier, amans virginitalis mater, ecce virginem filium; et vice versa dixit discipulo: Virginitalis studiōse, ecce virgo pars tua absque parla. » Et Ambrosius, cap. vii De Inst. Virgin., ait: « Sed cum quo Virgo habfare debebat, quācum cum eo, quām filii hāredem, in erigitatis soror esse custodiēt? » Atque hac quidēm rō Jesus quasi filius de matris pudore sollicitus, materna virginitalis perseverantiam voluit comprobataū, quod scribit Ambrosius, ejusdem lib. cap. vi: « Ne quis eam convitio temeraria integratilis aspergeret. »

Tertia, ut ostenderet Josephūr non esse suū patrem, hīc eo abrogato Joannem ei in cura matris substituit. Sed audi ipsū Cyprīanum: « Provides sedulo benedicta inter mulieres Apostolicam clientelam, et obsequiūm Virginis virginis discipulo tradit; ut jam non Joseph tantū mysteriū oneretur prepositura, sed Joannes, quājam exigebat ratio, ut conjugi removerebet opūnō, nec ultra pater Christi restinaretur, quācatenū vicem patris et conjugis tenuerat. » Oo-

currunt deinde tacite objectioni dicens: « Habetat Joseph in hac Christi dispositione rationabilem contradictionem, cum alteri commendaret Maria, si se cognovisset carnalem maritum; sed quia in spiritu actum erat conjunctionis illius mysterium, passus est Joseph sequanimit̄ sibi eum in hoc servitū preponi; quem dignorem se judicabat; et ideo maxime, quia magistri electio sic negotium ordinalaret. »

Adverte hic auctorem (sive Cyprīanum, sive quis aliis fuerit) hunc opinari Josephum in passionē Christi fuisse superstītē et vivum, cuius contrarium passim opinantur Interpretes, idque verisimilius videtur: « ... etiam eū, ejusq; mīcī: imo videtur Christus matrem Joannī commen- dasse hac de causa, quod Joseph jam esset vita functus: si enim vixisset, utique illi matrem suam velut sponsam charissimam commendasset, ut primū eam commendaret dum incarnaret et nasceretur, atque ejus fidelitatem et sedali- tatem, tum in fuga in Egyptum, tum alias sem- per expertus erat. »

Quarta causa, cur Christus Joannī pīe alii Apostolis matrem commendavit, fuit quod Joannē solus cum matre Christo crucifixio usque ad mortem intrepidus et constans, inter totiū Iudeorum odia et opprobriū astiterit: meruit ergo ipse ut a Jesu quasi in fratrem adoptaretur, ac pro se quasi filius matris virginis surrogaret. Prole Christus in Ioanne ceteros Apostolos, « mo fideles omnes, quasi filios matris sue assignavit et commendavit, maxime eos qui virgines castique sunt, ac proxime Christum in cruce sua conse- tantur; sic enim sunt amicissimi ac intimi Christi, eisque matri, uti fuit S. Joannes, qui proinde a S. Cyprīano loco citato vocatur « cubicularius Christi. »

Audi S. Bernardum, serm. 4 De Assumpt.: « Sicut, ait, misericordiam tuam Virgo beata, si quis est qui invocat te in necessitatib suis sibi membrinū defüssit. » El. mox: « Quis ergo misericordie tua, o benedicta, longitudinem et latitudinem, sublimitatem et profundum queat investigare? Nam longitudiū eius usque in diem novissimū invocantibus eam subvenit universus. Latitudiū eius replebit orbem terrarum, ut tua quoque misericordia plena sit omnis terra; sic et sublimitas eius civitatis superna inventi res- taurationem, et profundum ejus sedentibus in tenebris et in umbra mortis oblinuit redemptiōnē. Per te enim colim̄ replūdū, infernū eva- cuatus est, instaurat, utine contēstis Jerusalēm. Ad hunc misericordie cumulum tota sollicitudine miseria nostrā recurrit. » Idem, hom. 4 super Missus est: « Ex ore tuo (o Virgo) pendet consola- tio miserorum, redemptio captivorum, libera- tolerandi exēcile, memoremque faciat se esellānam, de qua predixerat Solomon: « Mulier fortē plorat pīa quām quām Christus. »

B. Virgo quis invenit? Prov. xxxi. 1. B. Virgo enim am- plus et diutius passo fuit quam Christus. Nam plus et diutius passo fuit quam Christus. Nam passo Christi desit in morte, tunc autem B. Vir- ginius passo et compassio non desit, sed crevit:

nam Christi corpus mortuum ex cruce depositum ipsa exceptit cum rediūvo dolore, ac deinde per tres dies sepulture cruciatus Christi crucifixi, quos ipsa cominus oculis aspercerat, vivi hēbrei in imaginatione ejus eamque cruciabant, usque dum Christus resurgens sua apparitione, consolatione et gloria eos absterret. Rursum B. Virgo relicta fuit a Christo post se, ut illa Apostolorum et fidelium foret mater, eos lapsos col- ligere, afflictos solareter, titubantes solidaret, dubitis et anxiis consuleret eosque per omnia dirigere, instrueret, animaret. Unde ipsa statim Apostolos a Christo capto diffugientes colligit, Petrum ob negationē Christi pusillanimē spe- se exīt, omnesq; morte Christi turbatos fide resurrectionis: « Tūris mox futura confirmavit. Deinde cum principes Iudeorum Apostolos incarcerauerint, flagellarēt, occiderent, ipsa omnes has persecutions quasi sibi fūtūt, vive sentiebat, sed excuso animo supererabat et Apostolos superare verbo et exemplo docebat.

Ilie omnia previdens Christus dixit: « Mulier, q. d. O maler, esto deinceps mulier fortis et genera- rosa, que me loo sis basis, petra et columna mea Ecclesiæ, ut eam robore tuo fulcas et omnes contra eam tentationum procellas tua con- tantia, consilio, oratione elidas et dissipis, non tantum nunc, sed et omnibus deinceps scūtūs, usque ad finem mundi. Quocirca ipsa a fidelibus totaqua Ecclesia in Litanis vocatur et assidue invocatur: « Consolatrix afflictorum, Refugium peccatorum, Salus infirmorum, Turris Davidica, Fœderis area, Auxilium Christianorum, Stella matutina, Janua coeli, Mater admirabilis, Virgo virginum, Regina Apostolorum, Martyrum, Confessorum et Sanctorum omnium. »

Audi S. Bernardum, serm. 4 De Assumpt.: « Sicut, ait, misericordiam tuam Virgo beata, si quis est qui invocat te in necessitatib suis sibi membrinū defüssit. » El. mox: « Quis ergo misericordie tua, o benedicta, longitudinem et latitudinem, sublimitatem et profundum queat investigare? Nam longitudiū eius usque in diem novissimū invocantibus eam subvenit universus. Latitudiū eius replebit orbem terrarum, ut tua quoque misericordia plena sit omnis terra; sic et sublimitas eius civitatis superna inventi res- taurationem, et profundum ejus sedentibus in tenebris et in umbra mortis oblinuit redemptiōnē. Per te enim colim̄ replūdū, infernū eva- cuatus est, instaurat, utine contēstis Jerusalēm. Ad hunc misericordie cumulum tota sollicitudine miseria nostrā recurrit. » Idem, hom. 4 super Missus est: « Ex ore tuo (o Virgo) pendet consola- tio miserorum, redemptio captivorum, libera- tolerandi exēcile, memoremque faciat se esellānam, de qua predixerat Solomon: « Mulier fortē plorat pīa quām quām Christus. »

respicunt et qui in celo habitant, et qui in inferno, et qui nos precesserunt, et nos qui sumus, et qui sequuntur, et nati natorum, et qui nascentur ab illis. Illi qui sunt in celo, ut resarciantur; qui in inferno, ut eripiantur; qui precesserunt, ut Prophetae fideles inveniantur; qui sequuntur, ut glorificantur. Eo beatam te dicunt omnes generationes genitrix Dei, domina mundi, Regina celi. In te enim angeli letitiam, justi gratiam, peccatores veniam invenientur in eternum. Merito in te respiciunt oculi totius creature, quia in te, et per te, et de te benigna manus Omnipotens, quidquid creavit, recreavit. » Nam, ut ipse ait, serm. 3 super Missus, in B. Maria inhabitat plenitudo divinitatis corporaliter, puta ~~deus~~ ^{deus}, ut ait S. Dionysius, ex quo theandrica, id est Dei viriles actiones, quibus homines Deo reconciliavit, promanarent. Idem, serm. 3 inter parvos: « Ave, Maria, gratia plena, quia Deo et angelis et hominibus grata: hominibus per concordiam, angelis per virginitatem, Deo per humilitatem. » Idem, serm. De beata Maria: « Eva spina fuit, que et virum suum usque ad mortem pupugit, et posteritati sui peccati aculum infixit; rosa Maria, Eva spina vulnerata; Maria rosa omnium affectus milicundo. Eva spina infigens omnibus mortem; Maria rosa reddens salutiferum omnibus sortem. »

27. DENE DICTY DISCIPULO: ECCO MATER TUA. — q. d. Hanc ama, observa, juva ut matrem, ac viceissim ad eam, quasi ad matrem in omni difficultate, tentatione, persecutione, afflictione, recurre. Illa te materno affectu suscepit, bebit, solabitur, proteget, opem a Filio poset, etc. Porro verba Christi non sunt ut hominum, oralia duntaxat et inefficiac, sed ut Dei, realia et efficacia, ac perficiunt id quod dicunt: quare S. Joannes imperserunt filialem effectum et spiritum erga B. Virginem, quasi erga matrem suam. « Jam pape! exclamat Theophylactus, quomodo honorat discipulum, fratrem suum illum faciens? usque adeo bonum est iuxta crucem stare, et manere apud patientem Christum. » Et Chrysostomus: « O honorem quem discipulus tribuit! Cum enim jam abiaret, matris curam discipulo reliquit: nam cum parasset ipsoe matrem dolere, et protectionem querere, merito dilecto commendauit, cui etiam inquit: Ecce mater tua, ut dilectione devincentur. »

Ecce MATER TUA, — et tuorum collegarum Apostolorum extorquunt fidelium, quorum personam Joannes hic representat: quare fideles omnes ad eam quasi ad matrem conseruare oportet cum magna fiducia et amore, ut docet S. Bernardus, cujus verba jam recitavi. Ipsa ergo vera est fidelium Eva, id est mater viventium. Ita ad illam recurrere omnes sapientes et Sancti quolibet aeo.

Audi S. Augustinum, serm. De Passione: « Ecce mater tua; — curam, inquit, illius habe, eam tibi

commendando, suscipe matrem tuam. Dum haec pauca dicaret, illi duo dilecti lacrymas fundere non cessabant, facebant ambo illi Martynes, et proximio dolore loqui non poterant; isti duo virginis Christum audiebant et voce loquentem, et ipsum videbant paulatim morientem, amare flebant, qui amare dolebant; nam gladius doloris Christi animas utrorumque transibat.

Et hoc est *igitur*, quia scilicet Jesus id jussit) EXILLA HORA ACCEPTAM DISCIPULUM IN SUA. — Ita legendum cum Greecis et Romanis; Syrus et Arabicus, apud se. Nonnulli legunt, in suam, scilicet habitationem vel domum. Unde Nomus paraphrastice verit: « Virginem partu felicem convictricem habuit duplex intre domum suam. » Nam filii solent parentes senes in domum suspicere et alere; et quos in curam nostram, hos et in domum suscipimus. Aucti Bedam: Alia littera habet in suam, scilicet matrem, ut quidam volunt; sed congruentius subauditur: in suam curam. Et S. Augustinus: « Suscepit eam in sua, non predia, qua propria possidebat; sed officia, qua propria dispensatione curabat. » Omnis ergo huc eadem rediunt. Hinc S. Joannes abebat Ephesum, eodem secum duxit B. Virginem. Unde in Synodo Ephesina, cap. xxvi, in epistola Synodica dictur quod B. Virgo et S. Joannes quandoque incoluerunt Ephesiorum civitatem. Vide Christophorus a Castro in *Historia Delperae*.

Hoc ergo fuit testamentum Christi, cuius testamentarius et executor fuit S. Joannes: « Testabatur enim de cruce, ait S. Ambrosius, in capitulo Luc., et testamentum ejus signabat Joannes, dignus tanto testatore testis. »

Hinc rursum collige Josephum, sponsum Virginis, iam vita fuisse defunctum. « Neque enim ait S. Ambrosius, loco jam citato, abrogaretur uxor marito, sed quia pro mysterio conjugium preexistit, completis mysteriis jam coniugio non egebat. » Et Epiphanius, heresi 78, sic ait: « Dicit autem Evangelium: Et ab illa die accepit eam ad suis (sive apud seipsum); si vero habuisset virum, si habuisset dominum, si habuisset filios, in sua successisset, et non ad alienum. » Hinc vide quam pauper et paupertatum studia fuerit B. Virgo.

28. POSTSEA SCIENS JESUS, QUA ONNIA CONSUMMATA SUNT, UT IMPLEVERIT SCRIPTURA, DIXIT: Sito. — « Postea, post tres feræ horas: nam ante tenebras, initio crucifixionis, matrem commendavit Joanni; in fine vero, paulo ante mortem, dixit: « Sito, » ut impleverit Scriptura, Psal. LXVII, 22: « Et in siti mea potaverunt me acto, » q. d. Ut hoc quoque tormentum propinquum aceti patiar, clamo me sitire, g. d. ait Augustinus: « Illo minus fecisti, date quod estis: » nimisrum estis acetosi et acerbi, date ergo actum, non vinum. Sitiebat Christus, tum quia ne ederat, nec haberat quidquam a cena pridiaria; tum quia humorum omnem exsudarat et sanguinem in flu-

gellatione et crucifixione effuderat; tum quia dolores acerrimi sitim ingentem excitabant. Nam, ut ait Cyrilus, « dolores inmatum calorem exagitant, vel quod in profunditate est humidum consumunt, et igneis ardoribus dolentis viscera urunt. » Hinc fauces siccantur et praesili arescant; tunc ergo impletum fuit in Christo illud *Psalm. XXI, 6*: « Aruit tanquam testa virtus mea, et lingua mea adhesit fauibus meis. » Quia Christi verba usurparunt Cancellerius Lovaniensis, me presente, ante 40 annos moriens, aiebat nunquam se illa ita intellexisse, ut tum ad vivum intelligebat, cum similis siccitate fauicum et sili laborare sentiret, et ex illa metrefretu quanta fuisset Christi sitis et siccius. Mysticè, sillebat Christus animalium salutem. Vide Bellarmine, *De septem Christi verbis in cruce*. *Nimirum*, « sitit sitiri Deus, » ait Nazianzenus in *Tetrastichus*, ut scilicet insatisficeret eum amemus, et opemus, dicamusque cum Psalte: « Sitivit (instar cervi anhelli, ut praesci) anima mea ad Deum fortium vivum: quando veniunt, et apparebunt ante faciem Dei? »

Vers. 29.

29. VAS ERGO ERAT POSITUM ACETO PLENUM. ILLI AUTEN SPONGIAM PLENA ACETO, HYSSOPO CIRCUMFONENTES, ORTULERUNT ORI EIUS. — Hunc versum explicat Matth. xxvii, 48.

Vers. 30.

30. CUM ERGO ACCIPERET JESUS ACETUM, DIXIT: CONSUMMATUM EST. ET INCLINATO CAPIT TRADIDIT SPIRITU. — q. d. Consummatum jam sunt omnia tormenta, utque ac mysteria, que Pater a me sustinuit vel peragenda ab interno decrevit, ac nascenti mibi sustinere et peragere precepit, quae proinde a Prophetis de me predici voluit. Hestis ergo catastrophæ mortis, ut morte consummatum cursus et passionem meam, ac morte mea reatum mortis, quem Adam peccando induxit, expiari, itaque homines vite restituti. Mortem ergo amplector, et in manus Patris meum resigno spiritum. Vide dicta *Math. xxvii, 48* et seq.

Nota: Christus septem edidit in cruce verba, quorum quatuor recente Matthæus, Marcus et Lucas, tria vero Joannes. *Primum* fuit: « Pater, ignosc illos, quia nesciunt quid faciunt. » *Secundum*, ad latronem: « Hodie mecum eris in paradiso. » *Tertium*, ad matrem: « Muli x, ecce filius tuus; » ac ad Joannem: « Ecce ma'ter tua. » *Quartum*: « Deus meus, ut quid de'liquisti me? » *Quintum*: « Silio. » *Sextum*: « Consummatum est. » *Septimum*: « Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. »

31. JUDEI ERGO (QUONIAM PARASCEVE ERAIT), UT NON REMANERENTUR IN CRUCE CORPORA SABBATO (ERAT ENI MAGNUS DIES ILLE SABBATI), ROGAVERUNT PILATUM ET FRANGERENTUR FORUM CRURA, ET TOLERERENTUR. — Lego sanctum erat, *Deuter. XXI, 22*: « Quando peccaverit homo quod morte plecedendum est, et adjudicatus morti appensus fuerit in patibulo, non permanebit cadaver eius in ligno, sed in eadem die sepelietur. » Sequitur causa:

32. AD JESUM AUTEM CUM VENISSENT (him liquet eos cogitasse Christo pariter inferre crurifragium. Audi Euthymium: « Postremo ad eum venerant, maiore contumelia, la grata Judæorum, ipsum

Christo afficere volentes », ut viderunt eum jam mortuum, **et fratre** **ta fure** **NON FREGERUNT EJUS CRURA**, — quia frangenda erant crura, ut mors illi acceleraretur imminentia sabbato. Noluit Jesus crura sibi frangi, quia illico integrum voluit resurgere. Audi Lactantium, lib. IV, cap. XXVI: « Sic integrum corpus patibulo defractum est, et sepulcro diligenter inclusum, ne diminutum ad resurgentem inhabilem tederetur. »

Hinc patet Christum jam tuisse mortuum, ac proinde Christus mortuus vice curvifigatus latus fuisse lancea perfusa: non autem vivo, ut quidam sensere, o: quum dux fuit quidam Petrus Joannes, teste Prateolo, lib. XIV, cap. xx. Horum error damnatus est in Concilio Viennensi Clementina prima. Nimirum Christus sicut in vita manus, pede, caput totumque corpus flagellis, clavis et plagiis pro nobis dedit; sic in morte voluit dare nobis sumum cor: hoc enim lancea perfossum fuit, indeque sanguis et aqua emanavit, ut scilicet ipse cor proprium, et totum se quantum, quantus erat, nobis donaret.

Dices: Christus jam mortuus erat; ergo nihil hac cordis perfosione meruit. Respondeo: eum meruisse. Nam Christus vivens sciebat sibi hoc vulnus in corde post mortem inferendum, illudque vivens acceptavit et Patri pro nobis obtulit: illo ergo meruit, propter salutem nostram. Dices secundo: Videmus ex corpore hominis occisi manare sanguinem, si coram illo compareat is qui cum occidit: ergo hoc naturale est. Respondeo. Non naturale est, sed instar miraculi; fit enim ex singulari Dei providentia, ad indicandum et confundendum occisoris. Multo magis in Christo id fuit miraculum, ut mox ostendam.

34. **SED UNUS MILITUM LANCEA LATUS EUS APERUIT.**

— Fecit hoc subdubitans un mortuus esset, aut Cyrius; ut scilicet sciret an revera obiisset, et, si non obiisset, hoc vulnere mortuus illi acceleraret et re ipsa inferret. Militum enim horum, utpote custodum, officium erat efficeri ut sententia judicis Pilati completeretur, nec dannati dimitterentur, donec constaret eos mortem luisse. Addit Chrysostomus: « Ad conciliandam Iudeorum gratiam latus ejus aperuerunt et mortuo adhuc insultant. O pessimam voluntatem ac severitatem! Militem hunc nonnulli putant fuisse Centurioum, nonnum Longinum, qui visus miraculi Christi ex praeceptis exclamavit: « Vere Filius Dei erat iste», Math. xxvi, 34. Idecirco autem eum perforasse latus Christi. ut ostenderet eum jam esse mortuum; nam sui muneras erat curare ne Christus vivus de cruce deponeretur, aliquippe periculum aditurus. Verum quis credit hoc eum asursum fuisse in eum, quem jam Dei Filium proclamatur? Nazianzenus, in Carmine *De Christo patiente*, insinuat eum fuisse cecum, et hic a Christo fuisse illuminatum. Alii alii narrant, que hic congerit Baradius, sed in certa et apocrypha, ait Baronius.

Nota primo: Miles hic transfodiens latus Christi, videtur fuisse unus ex custodibus, qui latronum crura jam fragerant, fracturi etiam crura Christi, si is adhuc vivisset; sed cum eum mortuum cernerent, latus perfoderunt, ut plene omnes videant eum esse mortuum, ideoque se ejus crura non frugesserent.

Secundo, pro lancea Graece est λόγχη, id est cuspis hastae. Nazianzenus vocat ἄριστην, id est ensim; Nonnus, μάχαρων; Theo: hyalustis, rhombophaem, quod apud veteres significat genus ferramentorum, quod neutram in partem inclinat, nam venīa, id est verso, inclinat.

Tertio, pro aperuit Graece est ἀνοίξειν, id est co-punctum, transpunctum; sed Noster legit ἀνοίξειν, est aperuit: quod eodem dicit.

Quarto, apertura haec et vulnus lateris Christi fuit ingens et tantum, ut manus illi imponi posset: id patet ex verbis Christi ad Thomam, Joan. xx, 27: « Infer digitum tuum huc, et vide (tange) manus meas, et after manum tuam, et mitti in latus meum». Sicut ergo vulnus clavorum in manibus Christi tanta erant, ut eis posset imponi dictum Thome: ita vulnus lateris tantum fuit, ut ei posset imponi Thomas manus.

Quinto, vulnus hoc fuisse in dextro latere docent veteres et pictores, putantque aliqui id predictum ab Ezechiele, cap. xlv, 2: « Et ecce aquae redundantia a latere dextro, cum erigerebatur vir ad Orientem». Unde et S. Franciscus recipientes a Christo crucifixu quinque stigmata, acceptip stigmata in latere dextro, æque ac in manibus et pedibus, teste S. Bonaventura in ejus Vita, Ribadeirea, Luca Tadensis, lib. II *Contra Allegiores*, cap. xi, atque ex ea Lucas Waddingus in *Annalibus Minorum*, anno Christi 1224, n. 19.

Sexto, hinc patet Christum habuisse quinque vulnera, scilicet duo in manibus, duo in pedibus, unum in latere.

Septimo, vulnus hoc videtur totum latus Christi penetrasse, ut videlicet lancea habeat adacta per dextrum latus Christi, transferitur per cor et pericardium, atque cuspidis ejus exierit per latus sinistram ad papillam. Nam utrumque Christi latus fuisse transfoissum tribus locis docet Prudentius, scilicet in *Passione Christi*:

Tractus per utrumque latus, laticeum alique cruentum Christus agit: sanguis victoria, lympha lacrima est.

Et Peristephanon, hymno 8:

Ipsa loci est Dominus, laterum cui vulnera utroque Hinc crux effusa fluxit, et inde latex.

Et Cathemerinon, hymno 9:

O novum casle strepente vulnera miraculum! Hinc crux effusa unda, lympha parte ex altera. Lympna nema dat lacravum, tum corona ex sanguine est.

Idem insinuat Cyprianus, tract. *De Passione Christi*, cum ait: « De latere tuo, o Christe, di-

vitis limitibus aqua et sanguis emanant. » Hinc et Theophylactus hoc vulnus lateris vocat λόγχη, in plurali, idque confirmatur ex eo quod vulnus dextri lateris tantum fuit, ut Thomas manus impone posset: quod autem Prudentius notat separatum per alterum vulnus sanguineus fluxisse, per alterum vero aquam, videtur significare quod per maius sive potentius vulnus (quod procul dubio fuit in latere dextro) ob capacitatem tantum eruperit sanguinis, ut aqua per se conspici nequivit; per sinistrum vero, utpote minus et pericardio vicinus, eruperit aqua: pericardium enim continet liquorem jam dictum, et in Christo continuat aquam: unde pertusum lancea effudit eam per latus vicinum, puta sinistrum. Ita Prudentius. Verum quia hoc lateris sinistri vulnus exiguum fuit, hinc non computatur, Christus non sex, sed quinque habuisse vulnera dicuntur.

Porro S. Brigita, lib. IV *Revel.*, cap. xl: « Aperto latere, ait, et extracta lancea, sanguis in cuspidi quasi bruneti coloris apparuit, ut ex eo hoc infeligeretur cor transfixum ». Et lib. VII, cap. xv: « Infelix lanceam in latere eius dextro ». Et lib. II, cap. xxi: « In corde punctus erat tam amare et immisericordier, quod pungens non destituit, docet lancea attigit costam, et amber partes cordis essent in lancea. »

Et continuo exiit sanguis et aqua. — Non prius sanguis, deinde aqua, ut veritatis Nonnus; sed similis sanguis et aqua, impermixta tamen, ut unum ab altero discerni posset. Naturaliter hoc fieri non poterat, tunc quia sanguis in mortuo ex frigore condensatur et congelascit, unde effluere non possit, ut docent medici, et S. Ambrosius in cap. xxxiii *Luc.*, ac experientia quotidiana, tamen, tunc quia aqua ex eodem profluere non potest; aqua enim haec fuit pura et vera, non phlegma, nec serum sanguinis, ut definit Innocens III, lib. III *Decret.*, tit. 41 *De Celebrat. Miss.*, cap. viii. Errat ergo Calvinus, dicendo aquam pericardio confundit, quo in Christo lancea perfuso nra filialiter aquam effluxisse, in eni: falsum esse docent medici, qui assertunt liquorem illum pericardii non aquam esse, sed humorem biliosum. Quare miraculosum fuisse hunc sanguinis et aquæ fluxum, docet S. Ambrosius in cap. xxxiii *Luc.*, Euthymius et Theophilus, quem audi: « Confundit in miraculo existit, et sanguinem quidem ex mortuo corpore prodidisse admirabile est; verumtamen posset quod sycophantarum dicere, quod verisimile sit vitalem quamdam virtutem adhuc fuisse in corpore: aqua autem egressa omnem controversiam miraculo tollit ». Et paulo post: « Confundantur Armenii, qui non admiscent in mysteriis aquam vino. Non enim credunt ut videant quod aqua ex latere egressa sit, quod admirabilis, sed sanguis tantum. El hoc loco destruunt magnum miraculum. Itaque sanguis symbolum hominis crucifixi; aqua vero, quod

is sit super hominem, hoc est Deus. » Vide *Historia Adamum Contzen*, et *Franciscum Lucam* his.

Et continuo exiit sanguis et aqua. — Illo gnis est factum est ad mysterium, non ad meritum; meritorum enim in morte Christus consummati, non enim jam mortuus mereri potuit. Ad quod mysterium? Respondeo: *Primo*, ad significandum veritatem corporis humani in Christo, ex qua quatuor elementis more esteretur, hominem compositi. *Secundo*, est ut significetur ex morte et latere Christi, quasi secundi Ade dormientis in cruce, Ecclesiam quasi Evan Christi sponsam formatam esse. *Hoce intellige* non proprie et precise; sed symbolico et figurato, quod sciect per mortem et sanguinem Christi Ecclesia redempta, instituta et sanctificata sit. Unde S. Ambrosius, in cap. xxiii *Luc.*: « Ex illo, ait, corpore defuncto vita manabat. Aquam enim et sanguis exiit, illa que diluat, iste qui redimat; » quodque, ut ait Cyrilus et Chrysostomus, aqua significet baptismum, qui est principium Ecclesie et Sacramentorum confessorum; sanguis vero representet Eucharistiam, quae omnium Sacramentorum finis est et complementum, ad quae duo quasi ad principium et finem, easlera Sacraenta omnia reducentur. Unde S. Augustinus, tract. 420, ait omnia Sacraenta ex latere Christi emanasse; quod intellige non merito, sed mysterio, ut dixi. Audi S. Augustinus: « Non dixit: Percessit aut Vulneravit, sed: Aperuit, ut illic quodammodo vita ostium pandereret, unde Sacraenta Ecclesie manarent, sine quibus ad veram vitam non intraret. » Et Chrysostomus: « Quia hinc habent ortum sacra mysteria, cum accesseris ad tremendum calicem, tu accedes ut ab ipso bibiturus Christi latere. » Ratio est, quia, ut ait S. Chrysostomus et x eo Theophylactus, « Ecclesia et fit et consistit per Sacramenta. » Nam Baptismo nascitur, Confirmatione roboretur, Eucharistia pascitur et perficiatur, Pentecostenanatur, *Exstreme-Uncione* munitur, Ordine gubernatur, Matrimonio propagatur. Denique hujus rei symbolo, in consecratione calicis Eucharistici miscendam esse aquam vino, ut representetur hinc effusio sanguinis et aquæ ex latere Christi, docet S. Cyprianus, tract. de *Passione*; Ruffinus, in *Expos. Symbol.*, et alii.

Tropologice: Tertullianus, lib. *De Baptismo*, aut Christum effusione sanguinis et aquæ innuisse duplice baptismum, scilicet aqua et sanguinis, sive Sacramenti et martyrii.

Anagogice: reseratio hinc lateris Christi in morte, adumbrabat per mortem ejus reseratum jam esse colum, quod per qualiter annorum milia clausum fuerat. Ab illi Iudinus, in *Expos. Symbol.*: « Producit aquam, aut, quae crederentes

dulat; produxit et sanguinem, qui condemnat incredulos.» Plura vide apud Suarez, III part., Quesit. LI, disp. XII, sect. 4, ubi tamen opinatur solum Christi latus sinistrum, in quo est cor, lancea fuisse transfixum, ac prius effluxisse sanguinem, deinde aquam, que pariter sunt probabilia.

35. ET QUI VIDIT. TESTIMONIUM PERHIBUIT, — puta ego ipse Joannes, qui vidi, testor ita esse. Loquitor ut se in tertiis personis modestius ergo.

36. FACTA SUNT ENI HEC, UT SCRIPTURA IMPERITER (in sensu allegorico, non literali, nam litteralis est de agno paschali): Os non committetur ex eo. — Jusserat Deus, Exod. XII, 46, ut in agno paschali comedendo ossa nulla committerent. Causa litteralis erat, quia festinantes eum comedere debeant, ut non haberent tempus ossa committendi et ex illis medullam expugnandi. Causa allegorica erat quod agnus natus erat typus Christi in cruce immolandi, cuius nullum os committi voluit Deus; idque quia decibat corpus Christi sanctum et divinum mox resurrectum, integrum permanente, ut iam dixi. Symbolica, ut per hoc significaretur primo, determinatum Christi (que erat quasi os sustentans carnem Christi) in passione integrum illas amque permansisset. Ita Ruperitus in cap. XII Exodi.

Secundo, ossa, id est virtutem et robur (huius enim symbolum et causa sunt ossa) Christi, quia homo, per passionem non fuisse immunitum, sed potius adaequaret; nam et mens Christi in Deo jugular fixa, ac voluntas ejus voluntati Del fortiter et constanter unita permanebat. Ita S. Hippolytus martyr apud Theodoretum, Dialog. III.

Allegorica causa fuit, ut significaret ossa corporis Christi, hoc est, sanctos Apostolorum non fore confringendos. Ita S. Augustinus, in Psalm. XXIV; S. Hieronymus, in Psalm. XXI, et S. Gregorius, lib. XXIV Moral., cap. XXX.

Huc pertinet S. Hilarius in Psalm. XL, cum ait: Non confracta Christi ossa, quia Ecclesia ex ossa formata non debuit ossium fractio debilitari.

Tropologiam vide apud S. Bernardum, serm. De crite, carne et ossibus anima, ubi docet anima cutem esse bona cogitatione, carnem esse pias affectiones, ossa esse sanctas intentiones et propriae; que intentiones deficientibus pias cogitationibus et affectionibus, integræ et solidae servandæ sunt; si enim rumpuntur, homo rumpitur et corrutus.

37. ET ITERUM ALIA SCRIPTURA DICIT: VIDEBUNT IN QUEN TRANSFERENTUR. — Sytus, perfuderunt. Citat Zechar. XII, 10, ubi illud explicui.

38. POST HEC AUTEM ROGAVIT PILATUM JOSEPHUS ARIMATHÆA (EO QUOD ESSET DISCIPULUS IESU, OCCULTUS AUTEM PROPTER METUM IUDAORUM), UT TOLLIENT CORPUS IESU. ET PERMISSIT PILATUS. VENIT ERGO, ET TULIT CORPUS IESU. — Heec explicuit Matth. XXVII, 58. a Tuli corpus Iesu sepelendum, ait Chrysostomus, non ut condemnatum,

sed ut corpus Prophete magni et admirabilis. Nondum enim credebat Joseph eum esse Deum, et tercia die resurrectum. Erat ergo in eo fides Jesu, sed imperfecta. Ita Chrysostomus. Vide hic ut Deus humiles exalitet. Quam enim ignominiosa fuit passio et mors Christi, tam gloriosa fuit ejus sepultura, iuxta illud Isaiae XI: « Et erit sepulcrum ejus gloriosum.» Vide ibi dicta.

39. VENIT AUTEM ET NICODEMUS, QUI VENERAT AD IESUM NOCTE PRIMUM. — Vox primum, ait S. Augustinus, cum nocte jungenda est; significatur autem non lunc solum veniente, sed tunc primum; venisse vero etiam postea, ut fieret audiendo discipulus.

PERENNES MIXYRUM MYRRÆ ET ALOES, QUASI LIBRAS CENTUM, — ut magnifice Jesum tantum prophetam condiret et sepeliret. Magna enim fuit copia unguentorum, que centum libras ponderabat; sed voluit Nicodemus totum corpus Jesu (quod procerum erat et magnum) non tantum circumscriptio copiose perfundere et opprire, sed et in unguento hoc balsamando quas' immergere et sepelire, ut in eo non tam condi, quam innatae videretur. Forte etiam omnes hasce centum libras non insumpsi, sed ex eis quantum necessarium erat et utile, duntaxat depropnsit (1). Mercede hujus officii, charitatis et sepulcra Christi, amplius ab eodem recepit Nicodemus, nam per eum gratiam non tantum Christianus, sed et confessor ac seminarius evasit. Ait quid Gamaliel, apud Lucianum, in epist. De Invent. corp. S. Stephani, de eo narrat: « Cognoscentes Judei illum esse Christianum, amoverunt eum a principatu suo, et anathematizaverunt eum, et de civitate exulaverunt. Tum ego Gamaliel quasi persecutorem pro Christo passum, sustuli eum in meum agrum, et aliud, et vestiti usque ad finem vita ejus, et defunctum honorificè sepeliri juxta dominum Stephanum.» Hinc et Nicodemus, in Martyrologio, Sanctis ascriptus est cum S. Stephano, die 3 augusti.

ACCEPERUNT ERGO CORPUS IESU, ET LIGAVERUNT ILIJU LINTEIS (scilicet sindone, cui impressa sunt cicatricis Christi vestigia, que hodie Taurini in Pedemontio religiose servatur, quod vide Pædium) CUM AROMATIBUS, SICUT MOS EST IUDÆIS SEPELIRE. — Morem hunc recensuit Matth. XXVII, 59.

Hanc Christi sepulcrationem imitati sunt primi Christiani, qui in sepeliens mortuus et aromatis condicendi cithas faciebat impensis, ut patet ex Tertiliano, in Apologet.; Prudentio, in

(1) His qui tantam aromatum copiam invenimus fuisse temere objicimus, responderem posset: « Etiam cubile illud, in quod corpus Christi repositum est, ad suavem odorem excilandum, undique his aromatisbus implutum fuisse, quod moris fuisse patet ex II Paralip. XVI, 14. Aromata haec etiam ad fragrantem sufficiens, in ipso hoc sepellendi actu ex parte comburi potuisse. Conf. Josephum, qui, lib. XVII Antiq., vii, 3, quingentos servos vel libertos ἀρωτρόποις, aromata portantes, funus Herodis comitatus esse testatur.

Cathemer., hymno in Exequis defunct.; Nysseno, orat. in funere Meleti; Nazianzeno, epist. 18, et alii. Porro Christiani hunc ritum accepere a Judæis, Judæi ab Ægyptis, scilicet Tacito, lib. XXI Annal., qui ea arte sic desicabant corpora defunctorum, ut eadem quasi aenea efficerent appareturque lingua Ægyptia Gabbaras, ut tradit S. Augustinus, serm. 420 De divers., cap. XI.

41. ERAT AUTEM IN LOCO, UBI CRUCIFIXUS EST, HORTUS (ubi enim sepeliretur Jesus omnis viroris et vigoris auctor, nisi in horto? Causas dedi Matth. XXVI, 60), ET IN HORTO MONUMENTUM NOVUM, IN QO NONDUM QUISQUAM POSITUS ERAT. — Audi S. Augustinum: « Sic ut in Marie Virginis utero nemo ante illum, nemo post illum conceptus est; ita in hoc monumento nemo ante illum, nemo post illum sepultus est.»

42. IBI ERGO PROPTER PARASCEVEN IUDÆORUM (sabbati imminentis, quo nil operari, nec quem

CAPUT VIGESIMUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Christus e sepulcro resurgens appetit primo, Magdalena specie hortulanæ; secundo, vers. 19, decem Apostolis, usque insufflans ait Spiritum Sanctum et potestatem remittendi peccata; denique, vers. 26, isdem rursus appetit et Thomæ, eique vulnera sua palpanda offert.

1. Una autem sabbati, Maria Magdalene venit mane, cum adhuc tenebrae essent, ad monumentum; et vidit lapidem sublatum a monumento. 2. Cucurrit ergo, et venit ad Simonem Petrum, et ad alium discipulum quem amabat Jesus, et dicit illis: Tulerunt Dominum de monumento, et nescimus ubi posuerunt eum. 3. Exiit ergo Petrus, et ille alius discipulus, et venerant ad monumentum. 4. Currebant autem duo simul, et ille alius discipulus praecurrit citius Petro, et venit primus ad monumentum. 5. Et cum se inclinasset, vidit posita linteamina, non tamen introiit. 6. Venit ergo Simon Petrus sequens eum, et introiit in monumentum, et vidit linteamina posita, 7. et sudarium, quod fuerat super caput ejus, non cum linteaminibus positum, sed separatum involutum in unum locum. 8. Tunc ergo introiit et ille discipulus, qui venerat primus ad monumentum, et vidit, et credit: 9. nondum enim sciebat Scripturam, quia oportebat eum a mortuis resurgere. 10. Abierunt ergo iterum discipuli ad semetipsos. 11. Maria autem stabat ad monumentum foris plorans. Dum ergo fieret, invenerat se, et prospexit in monumentum: 12. et vidit duos angelos in albis, sedentes, unum ad caput, et unum ad pedes, ubi positum fuerat corpus Jesu. 13. Dicunt ei illi: Mulier, quid ploras? Dicit eis: Quia tulerunt Dominum meum, et nescio ubi posuerunt eum. 14. Haec cum dixisset, conversa est retrorsum, et vidit Jesum stantem: et non sciebat quia Jesus est. 15. Dicit ei Jesus: Mulier, quid ploras? quem queris? Illa existimans quia hortulanus esset, dicit ei: Domine, si tu suscili eum, dicito mihi ubi posuisti eum; et ego eum tollam. 16. Dicit ei Jesus: Mari. Conversa illa, dicit ei: Rabboni (quod dicitur Magister). 17. Dicit ei Jesus: Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem meum: vade autem ad fratres meos, et dic eis: Ascendo ad Patrem meum, et Patrem vestrum, Deum meum, et Deum vestrum. 18. Venit Maria Magdalene annuntians discipulis: Quia vidi Dominum, et haec